



**Regvlae Societatis Iesv**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romae, 1616**

De modo, quo cum Generali, & alijs Pouincijs, ac externis se habere  
debeat. Cap. XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)

50 REGULÆ

distribuantur: & ratio dati, & accepti talium bonorum scripto constet, ut ipse, aut Superior illius Domus, vel Collegij, cui applicata fuerunt, eam reddere possit ei qui à Generali fuerit designatus.

Non ferat no  
stros petere à  
parētibus, &c.  
In Exam.c 4.  
§. 4. et p. 4.c.  
4. lit. E.

90 Non ferat, nostros quicquam petere à parentibus, cognatis, vel amicis: sed omnia eis necessaria à Societate prouideantur: intellegatque etiam si quibusdam ad tempus proprietas bonorum temporalium permittitur, vsum tamen eorum ad propriam utilitatem nulli esse concedendum.

*De modo, quo cum Generali, & alijs Pro-  
vincijs, ac externis se habere  
debeat.*

C A P. XI.

Quomodo se  
gerat erga Ge-  
neralem.

91 **O** Bedientem, reuerentem, ac fidelem se Præposito Generali exhibeat, & hac re subditis in primis exemplum præbeat: idque potissimum curet, ut omnes de suis Superioribus bene sentiant, eisque peculiari devotione afficiantur.

Quomodo  
res suæ Pro-  
vinciæ Gene-  
rali manifesta-  
ti curet.

92 Perspecta Generali esse cupiat omnia, quæ ad suam Prouinciam pertinent, ea que per se, & Superiores Domorum, & Collegiorum, & Consultores suæ Prouinciæ iuxta formulam scribendi manifestari diligenter curet.

93 Co-

PROVINCIALIS. 51

93 Cogitet de communi bono Societatis, Cong. Prov.  
illudque iuuet: Congregationes Prouinciales  
suo tempore iuxta formulam traditam cogat:  
si quid annotauerit circa Decreta, & Constitu-  
tiones, vel quid aliud, quod Congregatio-  
nem Generalem exposcat, Præposito Genera-  
li scribat, vel Procuratori tertio quoque an-  
no ad eundem venturo tradat.

94 Si occasio se obtulerit iuuandi alias  
Prouincias, non desit caritatis officio, & lite-  
rarum communicatione, iuxta formulam  
scribendi, mutuam concordiam & caritatem  
foueat.

95 Beneuolos, & deuotos conseruet, cu-  
retque, vt benefactoribus se gratos nostri  
exhibeant: si qui autem aduersantur Socie-  
tati, studeat, vt melius informati reconci-  
lientur.

96 Quæ eleemosynæ externis pauperi-  
bus, siue ordinariæ, siue extraordinariæ dari  
debeant, ipse Superioribus præscribet auditis  
Côsultoribus, pro Collegij, vel Domus facul-  
tate: Vbi vero habentur bona ecclesiastica,  
eleemosynas aliquas fieri prouidebit, in locis  
præcipue, vbi huiusmodi redditus percipiun-  
tur.

300 cor

D 2 D 1

alium  
Supe-  
licata  
nerali  
petere  
omnia  
intel-  
s pro-  
it, atem

Pro-  
ui-  
cili-  
dæ  
elem  
, &  
eat:  
Sü-  
ide-  
nia,  
que-  
gio-  
for-  
rec